



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 38. Præsidum rationes de non dissolvenda Synodo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæc. XVI.
A.C. 1562.

„ter sollicitarent, si forte iidem scientes, quonam vehementi desiderio omnes Orthodoxi hanc Synodum ad extirpandos errores, seque ab illis illæse servandos peterent, possent per aliquam veritatis speciem affirmare, quod Petri Successor nihil de ipsorum salute laboret, & in ejus æstimatione plus ponderis habeat tenuis ærarii sui sumptus, aut tenue suorum tribunalium incommodum, quam illorum exitium. Equidem sibi persuadent Legati, quod hæc omnia ex falsis Auditorum sermonibus, & non ex Pontificis voluntate Roma fuerint scripta: illi quoque Synodi Præsules, qui solutionem Concilii cupiebant, ut ad suas Diœceses remigrarent, studio Religionis impelluntur, sed non secundum scientiam, ut Apostolus loquitur, dum majorem de propriis, quam de Universali Ecclesia rationem habere non debuissent: ideo excusandi haud sunt, quod animarum jacturam in universa Christiana Republica corporum suorum incommodis posthaberent.

§. XXXVIII.

Præsidium rationes de non dissolvenda Synodo.

His

His addebant: „præter hosce casus a nobis memoratos nullus superest „locus ad Concilium dimittendum, nisi „duabus ex causis, quarum prima foret, si inter Philippum Hispaniæ Regem, & Cæsarem conveniri non posset de ejusdem Synodi Continuatione, „nam ea declarata, adeoque abeuntibus Germanis, ac simul Gallis, æqua suppeteret ratio, ne prosequamur „œcumenicam Synodum cum solis duabus nationibus, Italica, & Hispanica: „id ergo si accideret, tunc licitum foret, eam suspendere, prius tamen sua „Sanctitas Cæsarem hac de re honorifice „admoneat, nec minus aut penitus, „aut magna ex parte id, quod nos in nostris conventibus postulandum decrevimus, concedat. Ceterum alter modus tollendi Concilii magis honestus, „ac utilis videtur, si Mense Octobri proxime futuro, quo tempore Cæsarea comitia erunt habenda, universalis „Ecclesiæ emendatio, ac dogmatum decisionis, quæ sub Julio III. fuerat intermissa, perfecta jam esset, simulque „Cæsar efficeret, ut Protestantes Concilium adirent; nam si hi voluissent „Concilio, ejusque decretis acquiescere, audiendi forent; ita e contrario, „ubi iudices utrique parti suspectos postularent, aliasque conditiones haud

Sæcul. XVI.
A. C. 1562.

Sæcul. XVI. „decentes peterent, liceret eos dimit-
A.C.1562. „tere, simulque dissolvere Concilium,
 „eoquod illud ad eam usque diem aper-
 „tum eo duntaxat fine extaret, ut illi
 „revocarentur ad frugem, & Catholici
 „fructum, quem inde sperabant, col-
 „ligerent.

§. XXXIX.

*Legatorum sententia Pontifici mani-
 festata circa residentiam.*

Pailav. l. 17. **P**ostea Legati in literis, quas Depu-
G. 2. n. 4. tato commiserant, pariter de ar-
 ticulo, qui residentiam tangebatur, men-
 tionem fecerunt: porro hanc quæstio-
 nem, ut Legati sopirent, Pontifex præ-
 cipiebat, id tamen non ex eo fieri Car-
 dinalis Borromæus datis ad Simonet-
 tam literis fatebatur, perinde acsi quod-
 dam damnum in Sedem Apostolicam
 redundaret, si hæc lex juris esse divini
 declararetur, sed hanc quæstionem agi-
 tari inhibebatur, quia circa eandem in
 Concilio acrior exorta fuisset contentio,
 Patrumque dissensio, ex qua rumor
 omnes Europæ Aulas pervaserat, quod
 ejusmodi decisio in Sedis Apostolicæ,
 atque auctoritatis Pontificæ exitium
 tenderet: proin desuper decretum pro-
 mulgare, nec decorum, nec honestum
 esset. Ceterum cum summus Ponti-
 fex hanc quæstionem sopiri percuperet,
 a Le-